



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 41. Opiniones Cartesii a Sorbona exulare jussæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

ab ipsomet Episcopo (*secus si ab ejus* Sæc. XVII.  
*Vicario, aut Episcopis Antecessoribus*) A. C. 1671.  
 approbati non possint ab eodem iterum  
 examinari, his igitur rationibus ex-  
 pugnati Regulares, Tornacensis Epi-  
 scopi edicto cesserunt. Accusabatur e-  
 quidem hic idem Episcopus a qui-  
 busdam, quod nimium severus, &  
 & proin Jansenismo addictus esset, ve-  
 rum hanc labem, quam laxioris do-  
 ctrinæ hostibus inurere, tum veluti in  
 consuetudinem transibat, ipsemet ab-  
 sterfit Anno 1678. die 24. Aprilis hæc  
 ad Innocentium XI. Papam perscribens:  
*hoc possum coram Deo profiteri, Beatissime*  
*Pater, me nunquam Jansenii patrociniū*  
*suscepisse, sed quinque propositiones dam-*  
*natas semper damnasse ex animo. Ejus-*  
*modi Jansenismus, profecto ridiculum*  
*phantasma & puerile terriculamen-*  
*tum est.*

§. XLI.

*Opiniones Cartesi a Sorbona exu-*  
*lare jussæ.*

Obiit jam anno priori Harduinus Pe-  
 refixius Parisiensis Archiepiscopus, Argentre  
 ad quam Ecclesiam a Ludovico Rege l. c. Coll.  
 denominatus est hoc anno Franciscus Jud. p. 138.  
 Harlæus, qui doctrinas perniciosas a  
 Scholis arcere intentus, Parisinæ Fa-  
 culta-

Sæc. XVII cultati Theologicæ Mense Septembris  
 A. C. 1671. denuntiari jussit, eam esse Regis vo-  
 luntatem, ut novæ Cartesii opiniones  
 in Scholis rejicerentur: idem quoque  
 Rectori Universitatis Studii Parisiensis  
 præcepit: Hæc vero mandata Facul-  
 tas Theologica admodum accepta, ta-  
 taque habuit, ac Cartesii sententiam  
 eliminavit.

## §. XLII.

*Controversia de Auctore libri de imi-  
 tatione Christi.*

Multis abhinc annis majore animo-  
 rum contentione, quam laboris  
 utilitate in Galliis agitabatur inter PP.  
 Benedictinos & Canonicos Regulares  
 controversia de genuino Authore aucto-  
 ritatis libelli *de imitatione Christi*. Hujus con-  
 tentionis primum lapidem posuit anno  
 hujus sæculi quarto Petrus Marti-  
 quez (\*) natione Hispanus, qui libel-  
 lum de imitatione citatum reperit in  
 collationibus S. Bonaventuræ, cui  
 tamen hic Doctor jam anno Christi mil-  
 lesimo ducentesimo septuagesimo quatuor-  
 cesimo obierit, & Thomas Kempensis primus

*Heser. Di-  
 optra Kemp.  
 Ejusdem  
 summul. ap-  
 par. Const.  
 Lexic. Germ.  
 Thom. He-  
 ser.  
 Hode Hist.  
 de Louis  
 XIV. l. 32.  
 pag. 397.*

(\*) Celebris Auctor credit, quod ceteris  
 prior Thomæ Kempensi movisset litem Joh-  
 phus Creswellus aut Guilielmus Battus  
 ambo Jesuitæ.